Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

et capsellam que habebat mures aureos
et similitudinem anorum. Ibant autem
in directum vacce per viam que ducit
bethsames et itinere uno gradiebantur
pergentes et mugientes et non declina
bant neque ad dexteram neque ad sinis
tram. Sed et satrape philistinorum sequeba
ntur usque ad terminos bethsames. Por
ro bethsamite metebant triticum in
valle. et elevantes oculos suos viderunt
archam dei et gavisi sunt cum vidis
sent. et plaustrum venit in agrum iosue
bethsamite et stetit ibi. Erat autem
ibi lapis magnus et conciderunt lig
na plaustri vaccasque imposuerunt
super ea holocaustum domino. Levite autem
deposuerunt archam dei et capsellam
que erat iuxta eam in qua erant vasa
aurea et posuerunt super lapidem grandem.
Viri autem bethsamite obtulerunt
holocausta et immolaverunt victimas
in die illo domino. Et quinque satrape
philistinorum viderunt et reversi sunt in
accaron in die illa. Hii sunt autem ani au
rei quos reddiderunt philistei pro
delicto domino. Azotus unum. Gaza
unum. Ascalon unum. Geth unum. Acca
ron unum. et mures aureos secundum numerum
urbium philistinorum quinque provinciarum ab
urbe murata usque ad villam que erat
absque muro et usque ad abel magnum
super quem posuerunt archam domini que
erat usque in illa die in agro iosue beth
samitis. Percussit autem de viris beth
samitibus eo quod vidissent archam domini et
percussit de populo lxx viros et l milia
plebis. luxitque populus eo quod dominus percussisset
dominus plebem magna plaga. Et
dixerunt viri bethsamites. Quis poterit
stare in conspectu domini dei sancti huius et ad
quem ascendet a nobis. Miseruntque nuncios
ad habitatores cariathiarim dicen
tes. Reduxerunt philistiim archam
domini. Descendite et reducite eam
ad vos.

Venerunt ergo viri VII.
cariathiarim et reduxerunt archam
domini et intulerunt eam in domum
aminadab in gabaa. Eleazarum autem
filium eius sanctificaverunt ut custodiret
archam domini. Et factum est ex qua die
mansit archa domini in cariathiarim
multiplicati sunt dies. erat quippe
iam annus vicesimus et requievit
omnis domus israel post dominum. Ait
autem samuel ad universam domum
israel dicens. Si in toto corde vestro rever
timini post dominum auferte deos alie
nos de medio vestri baalim et astaroth
et preparate corda vestra domino et ser
vite illi soli et liberabit vos de ma
nu philistinorum. Abstulerunt ergo
filii israhel baalim et astaroth et ser
vierunt domino soli. Dixit autem
samuel. Congregate universum israel
in masphat hauseruntque aquam et effu ut orem pro vobis dominum. et convenerunt in masphat
derunt in conspectu domini et ieiunaverunt
in die illa et dixerunt. Tibi peccavimus
domine. Iudicavitque samuel filios israel
in masphat. Et audierunt philistiim
quod congregati essent filii israhel in
masphat et ascenderunt satrape phi
listinorum ad israel. Quod cum audissent
filii israel timuerunt a facie philisti
norum dixeruntque ad samuel. Ne cesses
pro nobis clamare ad dominum deum nostrum
ut salvet nos de manu philistinorum.
Tulit autem samuel agnum lacten
tem unum et obtulit illum holocaustum
integrum domino. Et clamavit samu
el ad dominum pro israel et exaudivit eum
dominus. Factum est autem cum samuel
offerret holocaustum philisteos ini
re prelium contra israel. Intonuit autem
dominus fragore magno in die illa
super philisteos et exterruit eos et
cesi sunt a facie israel. Egressique viri israel israhel.
de masphat persecuti sunt philisteos
et percusserunt eos usque ad locum qui
erat subter bethcar. Tulit autem sa